vel pro qualitate morbi, abſentiæ, negotii, tunc
vel Curator adjungitur,

vel Tutor ſuo periculo eligit & conſtituit Actorem, ſi pupillus abſit, vel infans ſit.

vel Pupillus præſens & fari potens, autore Tutore, Procuratorem conſtituit.

Aliàs: *Tutorem habenti Tutor dari non poteſt.*

§. 4. *Tutela & Cura* eſt
Officium *virile* (regulariter)
*Civile publicum*, (ſcil. autoritate tantùm, non utilitate immediata.)
*Gratuitum*, ſalarium tamen ex juſta causâ conſtitui poteſt.

§. 5. *Cura* tantùm à Magiſtratu defertur.
Excipe furioſos & prodigos, quibus Agnati ſunt Curatores.
Tutor perſonæ
Curator rei primariò datur.

E. Tutor etiam rei datur, ſed non primariò: nec rei particulari, ſed Univerſali, v.g. Africæ,

§. 6. *Tutela* eſt
vel *teſtamentaria* } quæ exemplo hereditatis defertur { ei cum quo teſtamenti factio eſt,
vel *legitima* lege } { proximo ſucceſſori.
vel *dativa*, publicâ autoritate ejus, qui jus hoc habet.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn335779751/379
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG